

Prima pars libri quarti de institutione vite monachorum.

Incipit liber quartus de vita ver-
bis et exemplis sanctorum patrum in par-
tes decem et nouem diuisus De i-
stitutione vite monachorum.

Prime partis. Ca. p.

Ad perfectum uersa-
tionis quodam uenire cu-
piens frater: interro-
gavit senem quendam
dicens. Quid est per-
fectus hominis? Respondit ei senex pro-
fectus hominis est humilitas. Quoties
enim quis ad humilitatem inclinatus
fuerit: tantum eleuabitur ad perfe-
ctum. **Ca. ii.**

Quit abbas Iobes natus
Ego uolo hominem ex omnibus
papere uirtutibus. Itaque per singu-
los dies surgens mane et de omni uir-
tute sume principium et mandatum
dei custodi in magna patientia. in tri-
bulacione cordis et obseruancia. et
in oracione multa et supplicacionibus
cum gemitibus: in puritate et mundi-
tia lingue et custodia oculorum: in in-
uicium patientiam et non irascens: paci-
ficus et non reddens malum pro malo:
non attendens ad inuidiam aliorum
neque temporis et altaris sed esto subdi-
tus et humilior omni creatura renun-
ciando omni materie corporali et hijs
que secundum carnem sunt: in cruciatio: in
certamine: in humilitate spiritus: in
bona uoluntate et abstinentia spiri-
tuali: in ieiunio in patientia: in fletu
in certamine pugne in discretione
iudicij: in castitate animi: in per-
tione boni cum quiete et ope manuum
tuarum in nocturnis uigilijs: in fa-
me et siti: in frigore et nuditate in
laboribus: includens te in sepulchro

tanquam in mortuum: ut videat tibi
propria mors omni die. **Ca. iij.**

Quit abbas Pastor. Quia
de custodire et semetipsum conser-
uare et discretionem habere: hec
tria operaciones sunt anime. Ite fra-
ter quidam interrogauit eum dicens
Quomodo debet homo uersari?
Respondit senex. Vidimus danielem
quod non est inuenta ei accusatio: nisi
de huiusmodi quod exhibebat deo suo.
Dixit item. Quia paupertas et tri-
bulacio: hec sunt operaciones solitarie
uite. Scriptum est enim. Quia si fu-
erint hijs tres uiri Noe Job et
Daiel Noe persona habet nihil pos-
sidentium: Job autem persona est tribu-
lantium: Daniel uero discernentium.
Si ergo hec tres actiones sunt in
hominibus: deus habitat in eo. **Ca. iij.**

Quit abbas Pastor. Quia
duas res odit monachus: potest
liber esse ab hoc mundo. Et dixit frater
Que sunt iste? Respondit senex. Car-
nalis repaulatione: et uana glo-
riam. **Ca. v.**

Quit abbas Cassianus
De quodam Iobbe abbate qui
erat presbiter congregacionis: eo quod
magnus quidem fuerit in uita sua
hic autem cum moriturus esset et discer-
surus cum hilaritate et proposito me-
tis ad dominum: circumsteterunt eum
fratres rogantes uerbum aliquod christo-
diosum et salutare loco hereditatis
ab eodem sibi reliquum: per quod possent
ascendere ad perfectionem que est in
christo. Ille autem ingemiscens ait
Nunquam sed propria uoluntate: nec
aliquem doctum quicquam: quod ego prius
ipse non fecerim. **Ca. vi.**